+

Sive eius Successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere respondere Vadium præfatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur 2035

Se[que] ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat prædictis, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem præterea Vltra proximos officij præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Juris dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus, Vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalitis Juris præscriptione Terrestri bello Conventionique, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante

Micowskich Coniugum Mutua Advitalitas. 1250

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosi Albertus Micowski olim Generosi Theophili Micowski cum olim Generosa Catherina Mroczkowa Consorte ipsius legitima procreatus filius ab Vna, et Anna [de] Zowsz Alexandri Chrzczicki cum olim Generosa Zophia Krzyszkowska Consorte

+

ipsius Legitima procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi Sani mentibus et corporibus existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusuis propi:

2036 ii et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capi: taneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc atti: net, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognouit. Quia ipsi et praecipue Consors cum eiusdem Mariti sui Vti Tutoris Con: iugalis personali assistentia et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et inuicem. Vna pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum, obligatoriorum, summarumq; pecuniariarum quarumcunque, nec non auri, argenti, Clenodiorum Vnionum Margaritharum, Vestium Vestimentorum, cum stanni aeris cupri orichalci pecorum pecudum equorum Equiream, ac totius suppellectilis domesticae in quacunq; forma et materia existen[tium] nunc habitorum et in post haben[dorum] mu: tuam Aduitalitatem et Vsum fructum, ad extrema Vitae Vtriusq; eorum tempora, tantum modo et non Vltra conscri: pserunt concesserunt et assignauerunt, prout inscribunt concedunt et assignant praesentibus, tali Videlicet modo et Conditione. Quod si prius praefatum Generosum Albertum Micowski, Maritum quam ipsam Generosam Annam Glezi: cka Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Generosa Anna Glezicka Consors sua bona suprascripta omnia et summas pecuniarias morte praedicti Mariti sui derelinquenda cum omni eorundem Iure Dominio proprietate, competentiaq; et praerogatiua

quacun[que]

+

quamuis omnibusq et singulis eorundem Utilitatibus, et Usufructibus tenebit, habebit, et possidebit, illisq quiete et pacifice Uti fruetur ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora. Post fata Vero Generosæ Annæ Gluzicka præfatæ Consortis suæ, ex tunc prædicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni præsenti subiectæ morte prædicti Mariti sui derelinquenda ad successores Mariti sui sine quouis impedimento et Contradictione successorum prædictæ Consortis suæ totaliter et plenarie deuoluentur. Similiter quoq Si prius præfatam Generosam Annam Gluzicka Consortem suam quam ipsum Generosum Albertum Micowski, maritum suum mori Contigerit, ex tunc idem Maritus bona suprascripta generaliter omnia morte prædictæ Consortis suæ derelinquenda cum omni Iure Dominio proprietate tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora Uti fruetur. Post mortem Vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui ex tunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad successores suos sine quouis impedimento et Contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie deuoluentur. His suis præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia et singula mediantibus. 2037

Micowski Consti Debet 1250

Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Albertus Micowski, sanus mente et corpore.